

Universitätsbibliothek Wuppertal

Davidis Ruhnkenii Opuscula Varii Argumenti, Oratoria, Historica, Critica

Ruhnken, David

Lugduni Batavorum, 1823

Epistola ad Hieron. Bosschium

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1677)

EPISTOLA

AD VIRUM DOCTISSIMUM

HIERON. BOSSCHIIUM.

EX EJUS ANTHOL. GR. Vol. IV. PRAEF.

p. 1, sq.

PRAESTANTISSIMO AMICISSIMOQUE
VIRO,

HIERONYMO DE BOSCH

S. P. D.

DAVID RUHNKENIUS.

Quo saepius optavi, ut nos Grotiana versione beares, eo magis et mihi et tibi gratulor de Editione feliciter instituta. Utinam aut mihi Amstelodamum, aut tibi Leidam excurrere liceret, ut hac de re consilia inter nos communicaremus. Quod per literas agere et longum et molestum est, praesertim mihi, cujus digitos arthritidis debilitavit. Ex elegantissima Descriptione tua intellexi, te existimare, Anthologiae exemplum, Sylburgii manu notatum, ex Burmaniana Bibliotheca in Leidensem migrasse, aut certe Codicis Palatini variantes penes me esse. Nihil minus. Olim quidem Leidae apud Lennepium vidi Apographum Salmasii emendationum ad Editionem

nem Aldinam, quod etiam codicis Palatini lectiones continebat, diversum ab eo, quo Brunckius usus est. Sed quo illud post Lennepii mortem pervenerit, nescio. Credo tamen, per Wassenbergium indagari posse. Omnino permagni refert, eas lectiones iterum ad textum constituendum adhiberi, praesertim cum Brunckius hac in re licentius grassatus sit, nec alias lectiones, nisi quas ipse probasset, commemorarit. Quid? si, proxeneta usus Santenio, eruditissimum Chardon de la Rochette adeas, ab eoque petas insignem, quem collegit, apparatus in Anthologiam, sicut ille olim a te petiit versionem Grotianam. Neque enim dubito, quin in tantis patriae turbis arma potius, quam Anthologiam, traectet. Vale, vir egregie, et Wytttenbachium saluta. Leidae, die 9 Martii, 1793. (*).

[(*) Meminit hujus Epistolae, In Censura Anthologiae Bosschianae. Cl. Wytttenbachius Philom. L. II. p. 205 sq. Bosschii a inadversiones, utpote ab h. l. alieniores, nullo lectorum damno praetermitti posse censuimus.]